

Apostolisches Breve "MOVENTIBUS QUIDEM"
AAS LXXXI, 1989, 1284 -1294 vom 6.12.1989;
VOBlatt des Kathol. Militärbischofs für die Deutsche
Bundeswehr 1990, S. 1

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam

Moventibus quidem commendationibus Concilii Vaticani II de speciali actione pastoralis magnisque horum temporum mutationibus necnon novi Codicis Iuris Canonici promulgatione, Ipsi Nos Constitutione Apostolica "Spirituali militum curae", quae die XXI mensis Aprilis anno MCMLXXXVI est data, generalem legem edidimus, per quam pastorale Ecclesiae ministerium pro iis omnibus, qui aut continue aut ad tempus armatarum copias participant, nova ratione canonice restauraretur.

Memoratae Constitutionis Apostolicae sectus, Venerabilis Frater Elmarus Maria Kredel, Archiepiscopus Bambergensis atque ipsis Reipublicae Foederatae Germaniae Ordinarius Castrensis, diligenter Statuta conscripsit quae ad curam spiritalem militum exercitus Germanici spectant, illa nempe "Statuta ad curam spiritualem militum Reipublicae Foederatae Germaniae spectantia" in nonnullis immutando apteque perficiendo, quae Paulus VI, Decessor Noster ve.me., Litteris Apostolicis die XXXI mensis Iulii anno MCMLXV datis approbata divulgaverat.

Nova eadem Statuta lingua Germanica composita, eademque "Statuten für den Jurisdiktionsbereich des Katholischen Militärbischofs für die Deutsche Bundeswehr" inscripta, cum rite a Congregatione pro Episcopis recognita essent, dein circa ea, et quidem ad mentem sollemnis Conventionis inter Apostolicam Sedem et Rem Germanorum publicam die XX mensis Iulii anno MCMXXXIII initae (extremum cf. additum Protocollum, sub articulo XXVII inciso quarta), etiam Moderatores Reipublicae Foederatae Germaniae sunt auditi.

Quapropter, consulta huius Secretariae Status Sectione de Rationibus cum Civitatibus auditisque precibus Nobis a Venerabili quem diximus Fratre adhibitis, necnon ratione habita incisi quarti articuli XXVII memoratae Conventionis, harum nunc Litterarum virtute et Apostolica Nostra potestate, approbata nova edimus Statuta, quae nominavimus eademque qualia in textu hic additio apparent, ipsaque effectus suos ab ineunte anno MCMLXXXIX habere volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Novembris, anno Domini MCMLXXXIX, Pontificatus Nostri duodecimo.

De speciali mandato Sanctissimi

† A. Card. Casaroli

a publicis Ecclesiae negotiis

Papst Johannes Paul II.

Zu dauerndem Gedenken

Veranlasst durch die Empfehlungen des 11. Vatikanischen Konzils für die besonderen Formen der Seelsorge, durch die großen Veränderungen in den Zeitverhältnissen und die Promulgation des neuen Codex Iuris Canonici, haben Wir mit der Apostolischen Konstitution "Spirituali militum curae" vom 21. April 1986 ein allgemeines Gesetz erlassen, das dem seelsorgerlichen Dienst der Kirche für all jene, die dauernd oder vorübergehend den Streitkräften angehören, eine neue kirchenrechtliche Ordnung gibt.

Gemäß den Vorschriften der genannten Apostolischen Konstitution hat der verehrte Mitbruder Elmar Maria Kredel, Erzbischof von Bamberg und Militärbischof für die Deutsche Bundeswehr, sorgfältig Statuten für die Deutsche Militärseelsorge verfaßt, die die von Paul VI., Unserem Vorgänger seligen Gedenkens, durch Apostolisches Breve vom 31. Juli 1965 gebilligten und verkündeten "Statuten für die Seelsorge in der Deutschen Bundeswehr" in einigen Punkten ändern und in geeigneter Weise ergänzen.

Nachdem diese neuen, in deutscher Sprache verfaßten und mit der Bezeichnung "Statuten für den Jurisdiktionsbereich des Katholischen Militärbischofs für die Deutsche Bundeswehr" versehenen Statuten ordnungsgemäß von der Kongregation für die Bischöfe geprüft worden sind, ist gemäß Schlußprotokoll zu Artikel 27 Abs. 4 des zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Deutschen Reich am 20. Juli 1933 abgeschlossenen Konkordats das Benehmen mit der Regierung der Bundesrepublik Deutschland hergestellt worden.

Deshalb billigen und erlassen Wir auf Bitten des besagten verehrten Mitbruders, nachdem Wir die Sektion des Staatssekretariats für die Beziehungen mit den Staaten zu Rate gezogen

haben, in Ausführung des Artikels 27 Abs. 4 des erwähnten Konkordats mittels dieses Schreibens und kraft Apostolischer Vollmacht die genannten neuen Statuten, wie sie in dem beigefügten Text aufgeführt sind, und wollen, daß sie am 1. Januar des Jahres 1990 Rechtskraft erlangen, ungeachtet aller gegenteiligen Vorschriften. Gegeben zu Rom, beim Heiligen Stuhl, mit dem Siegel des Fischerringes, am 23. November 1989, im zwölften Jahr Unseres Pontifikats.

In besonderem Auftrag Seiner Heiligkeit
† A. Kardinal Casaroli
Staatssekretär
(Vom Heiligen Stuhl autorisierte Übersetzung)